

Ripassare bene gli argomenti indicati nei titoli dei paragrafi e poi svolgere per iscritto traduzione delle seguenti versioni.

Scrivere sul quaderno (e imparare) tutti i paradigmi dei verbi di ogni versione.

Mi raccomando, prima di cercare i significati sul vocabolario, svolgete una accurata analisi del testo.

Buon lavoro! Con affetto,

prof. Chiara Gattulli

## **SISTEMA DEL PRESENTE INDICATIVO, TEMPORALI E RELATIVE**

Civitas brevi tempore adventu finitimorum et Sabinarum raptu crescebat. Tum Romulus urbis moenia amplificat, senatum creat, civium opes agrorum fructibus auget. Iam Roma validis munimentis habebat ac bona existimatione domi bellique vigeat. Improviso autem Romanorum fines Fidenates invadunt, qui primo impetu multa loca occupant. Statim Romulus delectum habet et cum omnibus copiis contra hostes processit. Postquam exercitus loco insidiis apto collocabat, cum reliqua parte peditatus totoque equitatu ad hostes contendit; deinde autem fugam simulat et hostium agmina ad locum, in quo insidias parat, inducit. Romanorum peditatus ex insidiis evolat, equitatusque hostium cornua petit. Fidenates arcibus et veribus armati acriter pugnant, sed Romanorum pilorum ictus non tolerant. Sic post breve proelium, terga vertent et fuga salutem petent.

## **SISTEMA DEL PERFETTO INDICATIVO**

Postquam Caesar cum Pompeio, nobilium principe, et Crasso societatem fecit, Romae omnes spem salutis rei publicae in triumviris ponebant. Tamen triumviri perniciem rei publicae parabant; nam illis tota erat potestas. Caesar, posteaquam Galliae administrationem obtinuit, multas res secunda fortuna gessit et brevi tempore totam Galliam cepit; Germani, qui vivebant, trans flumen Rhenum a duce Romanorum victi sunt. Post haec, quoniam Caesar Romam sine exercitibus venire volebat ("non voleva"), bellum civile atrox et cruentum inter Caesarem et Pompeium exortum est ("scoppiò"). Caesar enim, senatui trans flumen Rubiconem exercitus duxit et Romam perrexit. Cum senatus Caesaris adventum cognovit, patres cum Pompeio in Grecia confugerunt. Cum Caesar quoque in Graeciam pervenit, in planitie apud Pharsalum contra Pompeium aciem instruxit et illum vicit. Post istam cladem Pompeius a Ptolomaeo, Aegypti rege et amico suo, auxilium

petivit, sed rex idem prodidit ac illum interfecit. Cum Caesar Pompeium occisum vidit, Ptolomaeum regno expulit et pro illo Cleopatram sororem in regno collocavit .

### **DATIVO DI POSSESSO E DOPPIO DATIVO – SUPERLATIVI, COMPARATIVI + eccezioni complementi di luogo e cong. esort.**

Imperatoris Augusti aetate Roma maxime floruit. Augustus enim imperio Romano adiecit multas regiones: Aegyptum, Cantabriam, Dalmatiam, Pannoniam, Aquitaniam, Illyricum, Raetiam; populo Romano autem etiam Vindelici et Salassi oboediebant, gentes indomitae et ferissimae omnium, quae in Alpibus habitabant, et plurimae maritimae civitates Asiae Minoris. Praeterea ab Augusti ducibus Daci multis proeliis victi sunt, Germani saepissime trans flumen Rhenum summoti sunt . Persae, gens admodum Romanis infesta, Augusto non solum obsides dederunt sed etiam reddiderunt signa, quae post Romanorum cladem apud Carras Crasso ademerant. Scythae et Indi per legatos magnas pecunias Romam Augusto imperatori dono miserunt. Is Romam splendidis aedificiis ornavit, semper non suae sed populi utilitati rem publicam administravit et nulla umquam invidia fuit; post mortem a senatu Divus appellatus est . Apud Vergilium poetam, qui sub Augusto vixit, sic legimus de Romanorum imperio: "Romanorum officium est regere populos, imponant ius pacis, parcant victis, debellent superbos!".

### **CUM NARRATIVO – INFINITIVE – GRADI DELL'AGGETTIVO**

Arachne puella Lydia fuit, non gentis nobilitate clara, sed arte: nam telas summo artificio texebat atque pingebat. Ut eius opera aspicerent nymphae ipsae saepe silvas fontesque relinquebant et ad eam accedebant. Sed puella etiam superbissima erat: "Pallas ipsa", saepe dicebat, "mecum certet: facile vincam" . Ut haec audivit, Pallas anus cuiusdam figuram vestemque sumpsit et ad Arachnem venit: primum illam monuit ut maxima laude inter mortales contenta esset, deae autem cederet. At illa superbe : "Haud dubie ob senectutem mentis non compos es; si qua (se qualche) tibi filia aut nurus est, ea ista verba audiat: nam mea arte etiam Palladem superare constitui". Tum Pallas anus faciem reliquit ac divinam naturam potentiamque detexit: colu puellae frontem percussit, corpus funesto medicamine conspersit. Statim Arachne araneae speciem assumit: capitis imminutio evenit, lateribus haerent multa et gracilia crura, venter foede crescit, de quo stamen remittit et telas exercet.